BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 43v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



octaue et none diuersitatis habeatur no-
ticia: ponentur uirtutes fere de qualibet
speciei animalium comestibilium et eorum
membrorum et primo tamquam nobiliori inci-
piendo de starna. ¶ Caro starne ex sub-
tilioribus et leuioribus auium carnibus
existit: ad temperamentum declinat. cor-
pus impinguat. cor confortat, eiusque de-
bilitatem curat. epati stomaco et ydro-
pisi confert: et in coytu augmentum
facit. et his qui subtili uolunt custodi-
ri regimine conuenientior est; et meli-
ores sunt pulli eius. ¶ Caro perdicis: quia
perdix est species starne: licet quidam ali-
ter dicant augumentum bonum in cere-
bro, et in intellectu prebet: coytum excitat,
et eius materiam augmentat. ¶ Caro fa-
siani licet Auerrois uelit illam esse me-
liorem ex carnibus auium: tamen inter boni-
tates starne et galline media existit.
¶ Caro gallinacea. gallorum melior est
ille, qui non dum cantat, nec dum coiuit.
Et gallinarum meliores sunt, que non dum
ouizant. et melior est illa que inuentre
edi assatur. Et quidam ex antiquis auc-